

Stephanus Galdeti

*De questione an lumen sit
in medio realiter vel intense*

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress
20.03.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

Arguitur quod adquiratur in tempore posito corpore oppaco inter lumen et illuminabile sic quod vel supereminente illi obstaculo, sed immediate post supereminebit aliquid, tunc sicut illud localem movebitur ita
 5 illuminabitur. Item, quia esset dare aliquod lumen infinitum intense quia approximato corpore luminoso augetur lumen et non nisi causando aliud lumen sed in illo tempore sunt infinita instantia ergo etc. Tertio, quia sequeretur quod radius intrans per fenestram maiori tempore non apparet quam appareret, quia habet esse in solo instanti et non plus
 10 durat quam per instans, nec sit parte nisi in instanti, igitur radius non manet ibi nisi per instantia, sed temporalem partem incluso inter illa sunt maiorem ergo etc. Item ecclesia sic probavit quod temporali, quia capiatur aliquod corpus densus non receptibilis luminis quod rarefiat immediate post hoc tunc sicut rarefiet ita etiam illuminabitur.

Item ANGLICUS: quia si ipsum lumen carere in instanti propter defectum resistentie quia nullam, ut videtur poni, habet nisi solam distantiam, tunc corpus densum equalis distantie et quantitatis equaliter illuminaretur sicut rarum si non haberet aliam resistentiam nec aliquid contrarium positum. Item, videtur ex alio quod debebat habere
 20 contrarium positum, et per consequens temporaliter adquiri, quia alias sequeretur quod remaneret in medio recedente luminoso, quia non habet aliquid corporeus ipsum modo corruptio non est sine corrumpente. Item, arguebat post disputationem quod si lumen ponatur vere realiter in medio quod possit dari lumen infinitum, quia in speculo continuo. Radii
 25 enim partim reflectuntur in centro eius et quanto maius est tanto magis est de lumine in illo centro, sed quocumque dato convenit dare maiorem.

Ad mutationem contradictoriorum successivam de eadem re verificandam ut auctoritates ponunt sufficit alterum quatuor, videlicet adquisitio vel deperditio alicuius rei in illo de quo verificantur, secundo
 30 in alia re ad quam illud aliquo modo se habet, tertio motus localis illius vel alterius, quarto successus tempus vel lapsus, de omnibus possent exempla dari. Verum est quod sit fortis instantia, quia secundum maiorem partem Deus potest aliquem acceptare ad vitam eternam sine caritate creata, ut videtur, et tunc nullum precedentium nec ultimum sufficit. Hic vide quid
 35 de hoc dicat GREGORIUS, IV, 17, distinctione de caritate, in principio. Verum est quod posset dici quod duplex est acceptio, scilicet secundum eternam prescientiam et de ista nullus potest noviter acceptari quin

2 arguitur] de lumine DULMENTON *add. in marg. P1*
 30 vel] *p. c. P1*

10 per] *pro coni. P1*

sic ab eterno fuerit ne convenit successive contradictoria verificari, ut notum est, de alia autem dubium videndum quid sit. Primo est namque acceptari esse in statu in quo si decedat habebit vitam eternam et iste misericordie de facto est habere caritatem, sed casu premissa non
 5 esset hoc, sed esset habere pura naturalia que modo Deus vult sufficere ad vitam et aliquando non sufficebant, et tunc non est mutatio in creatura sicut nec in moneta presentis mutante valoris nec in Deo, quia ab eterno sic voluit esse pro nunc nec noviter incepit velle, sed volutio que erat respectu complexi futuri est respectu verbi presentis et ita
 10 statum Dei eternum cum lapsu temporis sufficit vel mutatio complexe significabilium scilicet naturalia nuda sufficere et post non sufficebant.

¶ Circa tertium casum, quia dicitur in lectione et est verbum sponsae ad Christum *inveni quem diligit anima, tenui nec dimitam*, utrum continua persistentia in gratia et in amore Dei sit utilior, aut aliquando
 15 cadere per peccatum. Arguitur quod aliquando cadere et resurgere triplici medio. Primo, quia taliter cadens resurgit in maiori gratia quam ante habuit, igitur est sibi expediens. Secundo, quia sic cadenti et resurgenti peccatum cooperatur in bonum, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum Romanos 8, igitur expedit aliquando cadere.
 20 Tertio, quia actus sui meritorii plus facti sunt meliorum actibus continue manentis in gratia, quia sunt satisfactorii pro peccato, igitur. Hic breviter pono tria iuxta tria argumenta facta. Prima, quod dimitens Deum per peccatum et rediens per penitentiam resumit suam gratiam primam et ampliorem. Ista patet quoad primam partem, quia pro operibus ante
 25 factis habebit gloriam que non datur nisi secundum mensuram gratie in qua quis decedit igitur etc. Quoad secundam patet, quia sue contritioni correspondet aliqua portio gratie ad quam contritio disponit per quam gratiam principaliter et contritionem dispositive transfert peccatum de culpa ad gratiam, aliter non potest bene ymaginari translationem de
 30 culpa ad gratiam, igitur etc. Ex ista conclusione sequitur possibile fore aliquotiens duos equalis meriti, quorum unus continue erit in gratia, alter autem cadet per enorme peccatum et tamen habebit maiorem gratiam. Primo patet quia possibile erit illum existente in gratia ita remisse operari quod suis actibus non corresponderet tanta gratia sicut
 35 contritioni ut deduci posset. Secundo sequitur ex conclusione quod alicui actui non meritorie correspondet gratia maior quam alteri meritorio quia contritioni resurgentis potest correspondere maior quam merito

P1 133r

1 ut | p. c. P1 **2** dubium | sed add. sed del. P1 **13** Christum | tene add. sed del. P1 tenui | tenuis conl. P1 utrum | sit aliquando bo add. sed del. P1
19 bonum | etiam add. sed del. P1 **26** etc | sup. lin. P1 **31** equalis meriti | sup. lin. P1
37 resurgentis | sup. lin. P1

persistentis, ut dixi. Illa autem contritio non est meritoria cum non fiat ex gratia alias si fieret ex gratia non transferret hominem de statu culpe nec deleat peccatum ymmo supponeret deletum esse. Tertio sequitur sed non assero quod aliquis potest salvari etiam nullo contra leges ordinatas
 5 posito sine gratia. Patet, quia si habens huiusmodi contritionem cui correspondet gratia potest mori in ultimo instante quo infunderetur gratia et tunc iste salvabitur, quia, si vivum salvaretur et tamen nihil plus egisse, sed solum recepisset igitur et nunc et tamen casus est secundum leges ordinatas.

10 Secunda conclusio quod dimisse Deum vel peccasse non curo resurgentibus aliquibus expedit et expedire potest. Patet de Petro quia post casum fuit perfectior et firmior et beatus AUGUSTINUS dicit “audenter dico quia expedit superbo incidere aliquod malum apparentem*
 15 peccatum ut humilior resurgat. Et istud notum est quia in resurgente est materia actus valde virtuosi scilicet contritionis et humiliationis, quia est actus multum Deo placens. Unde Salvator dicit *gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente* etc. Et apparet de filio prodigo qui multum gaudenter receptus plus quam ille qui patre non dimisserat.”

20 Tertia conclusio quod dimittere Deum est per se malum. Patet, quia secundum beatum AUGUSTINUM *De doctrina christiana* “omnis perversitas est spreto summo bono et deserto rebus communibus adherere”, et hoc est quod dicit sponsa tenui nec dicam.

10 dimisse] p. c. P1
 et — potest] sup. lin. P1

peccasse] p. c. P1

11 resurgentibus] sup. lin. P1
 12 perfectior — firmior] melior a. c. sup. lin. P1